



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Cl. Viri Valerii Andreae Desselii In Academia Lovaniensi  
Professoris Regii Erotemata Juris Canonici**

**Andreas, Valerius**

**Coloniae, 1697**

XXXVIII. De Procuratoribus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62934](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62934)

id monasterii utilitas exigat, Abbatis  
accedat mandatum, sive agatur coram  
iudice Ecclesiastico sive laico. *c. 2. h. t.*

## De Procuratoribus.

### TIT. XXXVIII.

Advocatorum publicum est munus &  
honorificum, Procuratorum vero  
munus est privatum, & minus ho-  
noricum, quippe qui ferè solhei-  
tando simplex præstent ministeri-  
um, idque sive extra iudicium sive  
in iudicio.

*Quis ergo dicitur Procurator?*

**Q**ui aliena negotia mandato domi-  
ni administrat. *l. i. D. h. t.*

*Quotuplex est?*

Duplex: nam Procuratorum alii ad  
negotia, alii ad lites constituuntur ( de  
quibus hic potissimum agitur ) qui  
scilicet in iudicio versantur alieno no-  
mine, domini mandat.

*Quis constituit Procuratorem?*

Qui litis vel negotii, quod agendum  
est dominus, vel saltem talis, ut plenam  
E 3 rerum

l. 9. h. t.  
 & l. Ne-  
 que tu-  
 tores C.  
 eod. c. 7.  
 h. t.

rerum administrationem sibi commissa  
 sam habeat, ut Episcopus, Prælatu-  
 tutor, curator; quamvis hi non tan-  
 procuratorem, cum verè domini no-  
 sint, quàm actorem vel syndicum con-  
 stituere dicantur, & non nisi latius  
 cepto procuratoris vocabulo, ut de  
 niversitate Scholarum rescriptum est.

*An excommunicatus?*

e ult. h. t.  
 & can.  
 Nemo  
 xl. q. 13.

Talis nec constituere procuratorem  
 ad agendum potest, nec constitui  
 procurator; quia excommunicatus  
 ris fictione habetur pro mortuo. Ad  
 defendendum verò se & potest & debet  
 procuratorem constituere.

e Intelle-  
 ximus  
 in. de ju-  
 c. pen. h. t.  
 l. Exi-  
 gendi 12.  
 C. eod.

*Quis constitui potest procurator?*

Non prohibitus nominatim, nec  
 tantum paterfam. qui sui est juris, nec  
 rum etiam filiusfam. licet adhuc in po-  
 tris sit potestate, modò non sit minor  
 xxv. annis.

*Potestas hac procuratoria quibus modis  
 expirat?*

Primò, sententia lata potest quidem  
 imò debet interponere appellationem  
 procurator, verum causam appellationis  
 nis prosequi non tenetur in vitus. II. Re-  
 voc

vocatione mandati re adhuc integra, *l. c. pen.*  
modò revocatio ad notitiam pervene- *h. t.*  
rit non tantùm procuratoris, verùm e-  
tiam adversarii vel judicis. III. Morte *c. 4. eod.*  
constituentis, etiam quoad negotia  
jam cœpta, vel causas, in quibus per  
eum ante mortem fuerit contestata lis,

*Clem.*  
*ult. eod. 3.*

## De Syndico.

### TIT. XXXIX.

Tit. hic est veluti appendix præceden-  
tis, eique adharere videtur, ob vici-  
nitatem, quæ est inter Procuratorem  
& Syndicum.

*In quo ergò Syndicus differt à Procu-  
ratore?*

QUÒD procurator sit persona priva-  
ta, & quòd constituatur à domi-  
no ac privato; Syndicus verò sit per-  
sona publica auctoritatem habens a-  
gendi vel defendendi causas in judicio  
ab universitate, collegio vel corpore a-  
liquo.

*Quis constitui Syndicus potest?*

Syndicus constitui potest, sive sit de  
collegio, sive extraneus. Suadent tamen *c. Petitio*  
Sacri Canonis Religiosis, ut constituto *9 sup. De*  
E 4 stipen. *procur.*